

erga liberos & familiares comitatem præse ferunt, eandem cum ceteris civibus suis, ac popularibus, usurpant. Si quis amariore joco quempiam momordit, (nam dicaces vulgo sunt, & in jocos effusi) belle diffimulant, aut vicem reponunt, & absentes remordent; nam præsentibus cavillari, aut coram dictis incessere, religio est. Non aliud libentius convicium regerunt laceffiti, quàm si hominem ingenio carere dicant. Scilicet ingenii laudem vindicant sibi; nec temere. Nemo inter illos hebes, ac tardus; quod nativa illorum in deliberando prudentia, & in dicendo facundia, declarat. Auditi quidem sæpe sunt tam appositè ad persuadendum perorare, idque ex tempore, ut admirationem exercitatissimis in dicendi palæstra moverent.

R
mem
bore
tam
oleo
pign
nobi
nafo
atra
line
tide
colo
ribi
qua
fam
frig
isto
din
bile
put